

Universitätsbibliothek Paderborn

**Angela De Fulginio, In Qvo Ostenditur Nobis vera via qua
possumus sequi vestigia nostri Redemptoris**

Angela <de Fulginio>

Parisiis, 1598

c. 47. De 2. visione quam vidit super præfatis filiis suis spiritualibus super
eisdem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43716

de
os
o-
ra-
ne
um
dá
dá
pa-
ru-
ui-
de-
um
lif-
in-
filij
au-
pe-
do
pú-
vos
ur,
on-
er-
ni-
ctio
gra-

quam vidit super filiis spirit. 189
dus apparebat. Sic & verba di-
uersimode de singulis filiis pro-
ponebantur. Eset autem impos-
sibile exprimere euisceratum a-
morem qui relucebat in aspectu
oculorum illius benedictæ faciei
Dei hominis Iesu Christi, super
istos filios, & in applicatione ad
sacrum vulnus, & in omnibus
signis, & verbis & benedictioni-
bus super eos factis & prolatis.

Quadragesimum septimum capitulum.
De secunda visione & consolatione.
quam vidit super prefatis filiis suis
spiritualibus super eisdem.

ALIA vice dum essem in
quadam processione, sensi
illum abyssalem attractum in-
creati Dei, modo quo dictum
est supra, modo ineffabili. Vidí-
que benedictum Deum trinum,
& unum in sua maiestate, inha-
bitare mentes filiorum, transfor-
mando istos filios diuersimodè
in se, secundum gradus supra ex-

pressos, quod videre erat vera-
citer magna Paradisus. Sic enim
viscerosè videbatur effundi su-
per eos, quod ego ipsa non pote-
ram satiari respicere eos, tantá-
que erat benedictio, & tam dul-
cissimè & tam viscerosè prolata
quam super filios effundebat
Deus increatus quod totum est
ineffabile. Tuncque requirebat
a filiis dicens. Estote ô filij mei di-
lecti sacrificium holocausti tota-
liter mente & corpore. Cumque
similiter mihi esset facta repræ-
sentatio Dei hominis crucifixi
cum dissolutione compagum, si-
cut prædictum est, efferebatur
ante oculos meos per aërem in
tota processione nullius manus
adiutorio delatus, filiis igitur co-
gregatis & applicatis ad vulnus
lateris sicut dictum est, ipse dice-
bat. Ego sum qui tollo peccata
mundi, & peccata omnia vestra
tuli, nec vobis imputabuntur in
æternum. Hoc est lauacrum ve-
ræ mundationis. Hoc est præciū

vestræ redēptionis. Hæc est
domus vestræ habitationis. Vndè
non timeatis filij hanc veritatem
vitæ & viæ meæ impugnatam à
malis verbis, & operibus defen-
sare & discooperire, quia ego cō-
tinuè vobis cum sum adiutor, &
defensor.

Ostensa etiam mihi fuit mun-
datio filiorum omnium in tripli-
ci gradu ista vice & multotiens *Gratiæ*
antea. Quædam est aliquorū *ipse- dominus*
cialis, scilicet collatio magnæ *suis diu- gratiæ, & vigoris ad faciliter vi-*
dit am- toribus.
tanda peccata. Alia est in colla-
tione gratiæ ad delectabiliter
perficienda virtutum opera. Alia
in omni perfectione animæ &
transformatione crucifixi, & li-
cet multum decoris detur animæ
in qualibet harum mutationum
& gratiarum, tamen in secunda
maximus & delectabilissimus
decor. In tertia verò, tatus quod
omnino est mihi ineffabile, aliud
enim dicere non possum, sed ipsi
videbantur transformati in Deū,

192 *De tertia visione*

sic quod quasi nihil aliud video
quam Deum, nunc passionatum
nunc glorificatum, ita quod istos
videtur totaliter trahit substituisse
& in abyssus.

*Quadragesimum octauum capitulum.
De tertia consolatione & visione
quam vidit super praefatis filiis suis
spiritualibus.*

IN eadem processione appro-
pinquantibus nobis ad quan-
dam Ecclesiam beatę virginis,
ecce ipsa regina misericordiae &
omnis gratiae mater super istos
filios & filias se inclinans, qua-
prius apparebat sursum leuata
nouo modo & gratiissimo be-
nedicens, dulcissimas ingemina-
bat super omnes benedictiones,
& omnes osculabatur in pecto-
re, quosdam plus, quosdam mi-
nus, quosdam cum predictis o-
sculis amplexabatur brachiis ta-
tae charitatis, quod eos sicut tota
apparebat luminosa, ita & in
quodam